# VOX SONORA
DECANTANS
# ARIAS XVI.
IN DUAS PARTES DIVISAS
TUM VIII. LATINAS,
TUM VIII. GERMANICAS
MODERNO STYLO ACCOMMODATAS,
à
Voce Sola, partim 2. Violinis, & Alto Viola obligato,
partim à 2. Violinis, vel Violino unisono, Organo,
ac Violoncello.
CHORIS MUSICIS
præsentata
à
P. Valentino Rathgeber,
Ober-Elsbacensi, Ord. S. Benedicti Monasterii Banthensis in Franconia Professo.
OPUS X.
ORGANO.
*Cum Facultate Superiorum.*
AUGUSTÆ-VINDELICORUM,
Typis & Sumptibus JOANNIS JACOBI LOTTERI,
M DCC XXXII.
Badische Landesbibliothek
Karlsruhe

FÜRSTLICHE HOFBIBLIOTHEK DONAUESCHINGEN

# Ad Philomusum.

PHilomuse Candide, post varia edita opera Musicalia à pleno Choro (ut varietas delectet) offero quoque ad instantiam multorum Cantilenas XVI. Arioſas tum Latinas, tum Germanicas, ut plurimum de B. V. Maria ad modernum Stylum elaboratas à Voce Sola Concertantibus tamen instrumentis, hoc solum moneo, ut, ubi consonat Alt-Viola, ne omittatur, aliàs Cantus redditur incompletus, & consequenter auribus audientium inacceptus, notantum præterea, ut, ubi reperitur præter finale Superiùs hoc Signum 𝄐 aliqualis mora teneatur. Utere igitur Philomuse exiguo hoc opere ad Majorem DEI DEIPARÆQUE Gloriam, & Vale.

INDEX

# INDEX OPERIS.

## PARS PRIMA LATINA.

ARIA I. De omni Tempore, à Canto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA II. De Venerabili Sacramento, à Canto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA III. De Vanitate mundi ſive omni Tempore, à Alto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA IV. De Amore Dei, vel omni Tempore, à Canto Solo, Violino Solo vel Uniſono, cum Organo & Violoncello.

ARIA V. De Amore Dei vel omni Tempore, à Baſſo Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA VI. De B. V. Maria, à Canto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA VII. De Confeſſore vel quovis Sancto, à Canto Solo, Violino uniſono, cum Organo & Violoncello.

ARIA VIII. De omni Tempore, à Canto Solo, Violino Uniſono, cum Organo & Violoncello.

## PARS SECUNDA GERMANICA.

ARIA IX. De Venerabili Sacramento, à Alto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA X. De Beatiſſima Virgine Maria, à Canto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA XI. De B. V. Maria, à Canto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA XII. De B. V. Maria, à Canto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA XIII. De B. V. Maria, à Canto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA XIV. De B. V. Maria, à Canto Solo, 2. Violin. Alto Viola obligato, cum Organo & Violoncello.

ARIA XV. De B. V. Maria, à Canto Solo, 2. Violin. cum Organo & Violoncello.

ARIA XVI. De Venerabili Sacramento, à Canto Solo, 2. Violin. cum Organo & Violoncello.

Badische Landesbibliothek
Karlsruhe

# REVERENDISSIMO PRÆNOBILI, AC AMPLISSIMO DOMINO, DOMINO ALBERICO,

## SACRI ET EXEMPTI ORDINIS CISTERCIENSIS, CELEBERRIMI MONASTERII B.V.M. MARIS-STELLÆ ABBATI DIGNISSIMO &c. &c.

## DOMINO DOMINO perquàm Gratioso.

# Reverendissime & Amplissime PRÆSUL,

Domine Domine perquàm Gratiose.

MUndum esse mare, nemo disputabit mente mundus. Hujus fluctus sunt luctus: Syrtes sinistræ sortes: tempestas egestas: venti contraria menti: fluxus, refluxus maris in- & e-gressus è mundo: amaritudo solicitudo: voragines mentis caligines: aqua mala; unde Poëta canit:

*Non mare tot guttas, quot mala mundus habet.*

Et in hoc mari videndum, quò sit emergendum: & in hoc mari videndum, cui fidendum. Nulla est securitas, nulla stabilitas: *hostium*, ùt Augustinus ait, *plena sunt omnia.* Nil nisi miseria, nil nisi naufragia, nil nisi pericula, quæ Apostolus agnoscit 2. ad Corinth. 11. *Pericula ex genere, pericula ex gentibus, pericula ex civitate, pericula in solitudine, pericula in falsis fratribus &c.* Nullus locus, nullus status est exemptus: nec quis evadet, teste Papa Innocentio, nisi per lignum & stellam, id est, per fidem Crucis, & virtutem Lucis, quam nobis peperit *Maria maris Stella.* Ad Hanc Ipsam nos, mari huic amaro expositos, confugere docet mellifluus Doctor S. Bernardus: *Quisquis te intelligis in hujus sæculi profluviô magis inter tempestates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne avertas oculos à fulgore hujus Sideris: si non vis procellis obrui, respice Stellam, voca Mariam.*

Qua in parte, cùm & ego fluctuem in mari Lachrymarum, morem gero S. Doctori, Stellam Virgineam respicio, Mariam invoco, & cum eodem filiali cum affectu servili cum reverentia saluto. *Ave maris Stella, Dei Mater alma, atque semper Virgo, profer lumen cœcis, mala nostra pelle, bona cuncta posce, monstra Te esse matrem, iter para tutum, ut videntes Jesum, semper collætemur.*

Pro

Pro meo autem modulo alte-fatam *Stellam* invoco VOCE SONORA, opere meô muſicô decimô, quod ùt plurimùm Arias & ſuſpiria ad *Beatiſſimam* tum Germanô, tum Latinô idiomate continet, ut ope hujus Stellæ, *gratiâ plenæ*, non patiar naufragium. Spe amplâ lactatus etiam eâdem pro viribus decanto laudes Stellæ glorioſæ inter admirationem Ejusdem raræ pulchritudinis, charæ dulcedinis gratiæ plenitudinis, ſplendoris, amoris, candoris ter admirabilis, ante-in-, & poſt partum Solis Juſtitiæ. Quam dum cano, mira rerum facies! quam dum miror, in mari me ob Ejus fulgorem in ecſtaſin raptum rapit unda *Limagi*, & à *Stella Mariana* defert *Maris-Stellam*, vulgò: Wettingen. Monaſterium tum antiquitate, tum continuô Virtutis vigore celeberrimum S. Ord. Ciſtert. ad Ejusdem *Stellam Præfulgentem*, Sanguine illuſtrem, prudentiâ illuſtriorem, Virtute illuſtriſſimam: ſub Cujus præſidio Vox Sonora in omnem exibit terram, cùm & ejus ſplendor Orbem, & Urbem illuminet. Præclaræ Stellæ nomen & omen adeſt.

## steLLa MarIs-steLLæ rarâ VIrtVte CorVsCat. reLLIgIone, & sapIentIâ ALberICVs præLatVs.

Quam Stellam, Deo & hominibus dilectam, in terris ſine errore errantem, in tenebris a-Catholicis mirè rutilantem, ſi alloquar verbis, queîs Mariam D. Bernardus, non erravero: Hanc enim *Maris-Stellanam Stella Mariana* fecit eſſe Stellam Angelicâ puritate *candidam*, & amore divino *rubicundam*. Quare VOCE SONORA, & mente devotâ intono.

*Ave maris Stella, ave, Reverendiſſime & Ampliſſime Præſul Maris-Stellane.* Ave Stella, *quaſi Sol refulgens in Templo Domini.* Ave *Lux mundi* illuſtriſſima; Ave Stella D. Bernardi æmula: imò in Te Ejusdem mellifluus vivit ſpiritus. Hoc probat Tua Religio, hoc Fidei defenſio: hoc probat Habitûs & mentis candor, Juſtitiæ ardor, Naturæ Tuæ ſupra naturam benignitas, chara in omnes ſuavitas, mira in ſubditos charitas, rara humilitatis profunditas, ſtupenda Virtutum ſublimitas. Dum vitam agis mortalem, facis immortalia. Videt & mirari debet Orbis Te, & Tuam in negotiis ſuſcipiendis alacritatem, in perficiendis dexteritatem, in omni actione comitatem, in proſperis modeſtiam, in adverſis conſtantiam, miram, qua domas Leones, clementiam, in Choro ſanctimoniam, in foro jurisprudentiam, in Diſciplina conſervandâ induſtriam, in regimine ſapientiam, in Religione & Regione vigilantiam, ſummam vitæ innocentiam; vivis enim in terra, ac ſi in cœlo eſſes: vivis Deo Stella, mortua mundo: vivis inter homines angelicè. *Hinc ſplendor & ardor.* Hinc ſplendor Tuæ gloriæ: hinc Tuorum in divinis ardor; unius enim ſplendor, fert adagium, eſt incendium alterius. Cùm ergò, *Reverendiſſime Præſul*, Stella ſis, totum Tuum Monaſterium nomine & omine *Maris-Stella* eſt. Qualis Rex, ta-

lis grex. Cùm ex pietate & dignitate ſis *Luminare majus*, lucent etiam ad ſtuporem *Luminaria Tua minora.* Cùm ſis ignis de cœlo in terram, ut accendatur, miſſus, ardent & Stellæ, Tibi ſubditæ amore in Deum, amore in Deiparam Stellam Virginem. Ex Te omnis *ſplendor:* ex Te omnis *ardor.* Unde & jure hanc Tibi debeo inſcriptionem. *Ex Te cuncta decorem.* Nec pecco in hoc contra regulam S. Maximi: *Non laudes hominem in vita.* Non enim me adulatio ſed veritas movet: non laudo hominem, laudo Stellam, quam nulla (Stellæ ſunt inſenſibiles) movet elatio: & in Qua, ùt de Stellis Ariſtoteles L. de Cœlo ait: *Non eſt corruptio, nec caſus, nec error.* Non *corruptio;* purus enim, Reverendiſſima Stella, Spiritus es. Non *caſus:* Stella fixa es, & Virtus cardo Tuus ſtabilis. Non *error.* Mariam *ſequens* (vaticinium fuit Melliflui S. Patris Tui) *non devias, ipſam cogitans non erras &c.* Ipſa affulgente, fulges in tempore, & fulgebis in omnem æternitatem.

Stella igitur Illuſtriſſima, Stella Nobiliſſima, *cùm non ſit inventa ſimilis Tibi,* cùm totum cogas orbem in Tui admirationem, & meos Tuus *ſplendor* rapit oculos: & meum Tuus Sanctitatis *ardor* Tui amore cor inflammat, ut *Mariam Altiſſimam maris Stellam* Tuo ſub Præſidio Voce Sonorâ, quam expreſſit Ejusdem Stellæ excellentia, pro viribus extollam. Scio enim, ſummâ reverentiâ dictam *Stellam, per quam Deus* (teſte Patre Tuô S. Bernardô) Te & *omnes nos habere totum voluit,* à Te intimè amari: & Te amare alaudas voce ſuâ laudantes Eam. Scio laudar$^{e}_{i}$ & amar$^{e}_{i}$ *Matrem Virginem* unicum Tuum eſſe deſiderium, unicum Tui cordis ſolatium. Credo exin, Mariam, Reverendiſſime Præſul, Tibi ſecundo Bernardo cum lacte Suô Virgineô amorem & candorem inſtillâſſe. Quare vocem meam Marianam, VOCEM SONORAM, gratam, ratámque habebis. Tibi Eam, Ampliſſime Præſul, ad majorem Dei & Deiparæ gloriam ſolenniſſimè omni cum devotione dedico, conſecro: & repeto Jure dicta. Cùm Amplitudo Tua perquàm gratioſa, tanquam Stella Maris-Stellana laudata, ſed non ſatis laudanda *ſplendore admirabili* orbem & urbem illuminet, Vox Mariana, VOX SONORA exibit in omnem terram. Interim corde & ore. Ave Maris-Stella, ave & fave

# Reverendiſſime & Ampliſſime Præſul,

*Domine Domine perquàm Gratioſe*

devotiſſimo Servo

P. VALENTINO RATHGEBER,
Ord. S. Benedicti.

Badische Landesbibliothek
Karlsruhe

# ORGANO.

## PARS PRIMA LATINA.

### I. De omni Tempore.




Finis.
O bonorum.
Da Capo.

## II. De Venerabili Sacramento.






## III. De Vanitate mundi, ſive omni Tempore.




Aria.
Terrena cur amas.







## IV. De Amore Dei vel omni Tempore.




Aria. S.
Ubi Jesu quiescis.
C.




## V. De Amore Dei vel omni Tempore.




Aria. B.S.
Nolo nolo vivere.
B.


VV.
Finis.
134. In amore.
Da Capo.
27.

## VI. De B. V. Maria.



# VII. De Confessore vel quovis Sancto.




forte.
piano.




## VIII. De omni Tempore.




C.


VV.
187.

# PARS SECUNDA GERMANICA.

## IX. De Venerabili Sacramento.




Finis.
108. O JEsu.
Da Capo.
22.

# X. De B. V. Maria.




Finis.
89.
So ruffe an.
Da Capo.
37.

# XI. De B. V. Maria.



piano. forte.

Finis.

70. Wir waren schon.

Da Capo.

## XII. De B. V. Maria.

Recit.

Chweig Apollo.



7.

*Aria.*

Wir hingegen.




*Finis.*

35. O glückseelig.




## XIII. De B. V. Maria.




Finis.
90. Wer wird nur.
Da Capo.
46.

# XIV. De B. V. Maria.




piano.
forte.
piano.
forte.
piano.
forte.
Finis.
122. Du bist mein.
forte.
piano.
forte.
piano.
Da Capo.

# XV. De B. V. Maria.




Badische Landesbibliothek
Karlsruhe


Da Capo.
41.
Recit.
Aber sey getröst.
43
14.
Aria. Vivacè.
Komt dann her.
Finis. 12
Da Capo.
35. Stellt den Compass.

# XVI. De Venerabili Sacramento.

*Recit.*

Ch ich armer.



*Aria.*

Hör dann Himmel.


Finis.
24.
Helfft und zeiget.
Da Capo.
19.
Recit.
piano.
Und aber still.
8.
Aria. Allegro.
Wer gibt mir.




FINIS.